- Creditori ut possit præiudicium afferre depositum, debet esse integrum, & omnis summa debita, ibid. num. 43.
- Creditori non debet mora imputari ob non factam diligentiam, quæ sufficeret, nihil prodesset, ibidem num. 46.
- Creditoribus posterioribus debet esse periculum mutationis monetæ, non vero anterioribus, quibus integrè soluendum est, ibidem num. 47.
- Creditor habet arbitrium, ut possit eligere partitam, quæ ipsi placuerit, absque eo quod creditor alius posterior possit ei opponere, quod exigat ex alijs effectibus, allegat. 7. num. 48.
- Et item habet in reuocatoria arbitrium ad reuocandam solutionem posteriori factam, quamuis alij sint inferioris gradus, ibidem.
- Creditor, qui possedit rem virtute sententiæ additionis, si damnatur ad bonorum restitutionem, reuocata executione, redditus pecunie suæ habet, ibidem num. 57.
- Creditor non potest ob moram debitoris pecunias ad cambium recipere, nisi id per pactum sibi permittatur, alleg. 10. num. 127.
- Et tunc requiritur monitio debitoris non solum antea, sed post receptam pecuniam ad cambium, ibidem num. 128.
- Creditor penes se habens pignus, quod vendere potest, interesse lucri cessantis non petit, ibidem num. 161.
- Creditor non potest fructus retinere prætextu interesse pretij, ibidem num. 169.
- Creditor, cui solutum est, quod ab alio ei debetur, tenetur cadere actiones suas ex æquitate contra debitorem, pro quo ei solutum fuit, alleg. 11. num. 9.
- Creditor cedens actiones tales quales habet, liberatur, & non tenetur de cessione actionum cessarum, ibid. num. 65.
- Creditorum patris non possunt in præiudicium filij nominati sequi redditus annuos a Rege patri concessos pro eo, & filio natiuano, ibid. num. 103.
- Nec officium hoc modo concessum, ibid.
- Creditor, qui sua industria inuenit bona debitoris occultata, si ex hoc solutionem consequitur, non potest per creditores anteriores molestari, ibid. num. 121.
- Creditor conditionalis non est creditor ante impletam conditionem, alleg. 11. num. 125.
- Creditorum vnius societatis alterius socios non possunt molestare, ibid. num. 149.
- Creditorum vnius socij non possunt bona societatis excutere, ibidem.
- Creditorum personales societatis præferuntur creditoribus hypothecarijs socij, ibid.
- Creditor posterior ex causa onerosa præfertur priori ex causa lucrativa, iuxta conueniè, alleg. 14. num. 67. & 68.
- Creditor mutuans pro credito banchi omnibus creditoribus eius præfertur, allegat. 16. num. 29. Et qui mutuat ad formandum & conseruandum banchum, ibid. num. 30.
- Creditorum banchi præiudicati remanent ex partita scripta in eius libris, ibid. n. 34. & 35.
- Creditor suum creditum probans per confessionem debitoris non postponitur probanti per veram numerationem, ibid. num. 36.
- Creditorum banchi in illius bonis pro rata concurrunt, ibid. num. 120. & 121.
- Creditor prior tempore potior est ante, alleg. 17. num. 13. Et an hec procedat respectu vsurarum dotis, in dubium reuocatur, ibid. num. 16.
- Creditor si præter antea lationem temporis habeat pro suo credito aliquod priuilegium, præfertur fisco in bonis debitoris postea acquisitis, ibid. n. 51.
- Creditorum non possunt maiorum à filio approbatum ante eorum credita impugnare, alleg. 19. num. 70.
- Creditor, cui bona debitoris addita sunt, viâ executionem continuare non potest ob eorum pretium, alleg. 33. num. 50.
- Creditor, qui ius suum contra certa bona dirigit, non potest variare, & ea relinquere, & ad alia recurrere in debitoris præiudicium, alleg. 33. num. 51.
- Creditor anterior potest cessionem nominis debitoris reuocare, & in nomine cello præferri cessionario, alleg. 35. num. 3.
- Creditor anterior potest exigere nomina debitorum data in solutum, alleg. 35. num. 10.
- Creditor eodem modo potest conuenire debitorem debitoris sui, quam suam debitorem, ibid. num. 16.
- Creditor possidens castrum iure pignoris, potest in eo iurisdictionem exercere, si castrum

annexa est, alleg. 36. num. 20.  
 Creditores non præiudicantur ex recognitione debitoris, ibidem num. 37.  
 Creditor, qui cum potuisset exigere ex bonis principalis ob negligentiam, vel culpam non exegit, non potest conuenire tertium bonorum possessorem, alleg. 40. num. 37.  
 Creditor negligens in exigendo ex bonis alodialibus, si fuerunt, an possit excludi à debitore, circa quod tres casus considerantur, alleg. 40. à num. 43 vsque 46.  
 Creditor, qui sua culpa non exegit redditus decuos ex bonis principalis, non potest conuenire tertium possessorem actione hypothecaria, ibidem num. 63.  
 Creditor hypothecarius habet vtilem actionem super nomine debitoris suo debitori debito, & ita potest agere directè contra illud absque aliqua cessione, ibid. num. 67.  
 Creditor habens obligata bona maioratus, virtute facultatis, non debet actionem suam dirigere contra ea, relictis bonis liberis alijs creditoribus, ibidem num. 69.  
 Circa quod reprehenditur Molina de primogen. lib. 4. c. 7. num. 17. ibid. & n. 70.  
 Creditum verum exigere fraudi attribui non potest, alleg. 20. num. 173. 174.  
 Creditum testibus comprobatum non habet executionem paratam, alleg. 26. num. 303.  
 Credulitatis causa, quamuis iusta, non liberat debitorem soluentem virtute falsæ schedule, aut falsi mandati, alleg. 19. n. 27.  
 Crimina omnia morte rei extinguuntur, alleg. 12. num. 157.  
 Culpa est vendere magnum patrimonium pecunia credita, præcipuè homini non idoneo, in præiudicium maioratus, allegat. 40. num. 66.  
 Curia Prætores non possunt cognoscere de causis executiuis, vel ordinarijs extra curiam, & eius districtum, nisi virtute submissionis iuxta formam l. 20. tit. 2. l. 4. Recopilat. alleg. 15. num. 8.  
 Custodiens alienam pecuniam debet dari aliquid propter amissionem, & diminutionem aræ monetæ, vel argentæ, alleg. 33. num. 54.

**D.**

**D**ans pro soluendo schedulam banchariã, non liberatur quousque sequatur effectiua solutio, allegat. 16. num. 60. & 61. Secus si in solutum datur, quia tunc periculum decoctionis pertinet ad accipientem, ibidem num. 62. Quia præsumitur notam habere qualitatem debitoris, ibidem num. 63. & 64. Quod non procedit data scientia insufficienti de debitoris in creditore similè schedulam dante, ibid. num. 65. & 66.  
 Damni minoris electio, vt maius euitetur, sufficiens metus est, alleg. 29. num. 75.

Damni futuri timor propriè, & verè metus dicitur, ibidem num. 84.  
 Debitor vnus negotiationis non possunt confundi, nec compensari cum debitis alterius, alleg. 11. n. 154.  
 Debitor, qui plus soluit quam debebat, habet repetitionem pro excessu, allegat. 2. num. 97.  
 Debitor in Hispania semper damnatur ad solutionem quantitatis debitæ cum redditibus, ex eo quia est copia censuum, & Regalium iurium, quæ possunt emi, alleg. 7. num. 56. quod in praxi obtinuit, ibid.  
 Debitor vt constimatur in mora, requiritur notificatio personalis, nec sufficit ficta, aut præsumpta, alleg. 10. num. 139.  
 Debitor & creditor conditionales propriè non sunt debitores, nec creditores, ante impletam conditionem, alleg. 11. num. 125.  
 Debitor non potest apud se ipsum compensare in præiudicium creditoris anterioris, ibidem num. 139.  
 Debitor potest non obstanti cessione, creditori soluere, allegat. 14. num. 142. Nisi præcesserit protestatio, cui ex plurimum traditione poterat non obtemperare, ibidem num. 143. & 144.  
 Debitorem esse in carcere signum est decoctionis, alleg. 16. num. 104. & 105.  
 Debitor potest non soluendo suis creditoribus præiudicare, alleg. 17. num. 32.  
 Debitor soluens cum credulitate falso creditori non liberatur, alleg. 19. num. 24.  
 Debitor soluens virtute falsæ schedule, aut falsi mandati, non liberatur, etiam si iustam causam credulitatis habeat, ibid. num. 27.  
 Debitor hæreditatis si hæredi soluat, tale debitum cedit hæreditati, & non hæredi, allegat. 19. num. 30.  
 Debitor potest rem acquirere ea conditione, vt in ea posteriores creditores prioribus præferantur, ibid. num. 39.  
 Debitor declarans acquirere ad fauorem posterioris creditoris, anterioribus præiudicat, dummodò declaratio fiat ante acquisitionem dominij, alleg. 20. num. 82.  
 Debitor satisfacit subrogando vnam hypothecam loco alterius euictæ, alleg. 22. nu. 36.  
 Debitor non tenetur loco rei euictæ aliam subrogare, si in alijs rebus obligatis creditor securus est, ibidem num. 37.  
 Debitor census non tenetur ad illius redemptionem, si aliquæ hypothecæ euincantur, cum in alijs securus remaneat, etiam si ex pacto debitor redemptionem in hoc casu promittat, ibid. num. 38. & 39.  
 Debitor non habens creditorem, cui soluat, moram non incurrit, alleg. 27. nu. 64.  
 Debitor, cui centum in bonis auferuntur, quæ debet, & creditori adiudicantur, iniustum est, vt amplius debitor maneat, allegat. 33. num. 49.

# I N D E X.

- Debitorum nomina cōprehenduntur in obligatione generali bonorum, alleg. 35. n. 3.
- Et eius virtute ius vtile transfertur in creditorem super eis, ibidem num. 4.
- Debitorum nomina data in solutum, possunt per creditorem anteriore exigi, ibid. n. 10.
- Debitorum nomina per delegationem non extinguuntur, sed remanent in dominio delegantis, ibid. num. 11.
- Debitor debitoris potest conueniri eo modo, quo suus creditor poterat illum conuenire, ibidem num. 16.
- Debitori probatio sufficit pro confessione debitoris debitoris, ibidem num. 19.
- Debitor per instrumentum publicum equiparatur debitori condemnato per sententiam, ibidem num. 19.
- Debitor debitoris, vt conueniatur à creditore, non requiritur excusio, quando agitur actione personali, vel hypothecaria, vel Saluiano interdicto, alleg. 35. num. 20.
- Debitor obligatus soluere pecuniam ad mandatum iudicis, potest via executiua contineri ad solutionem, non precedentibus requisitis l. 1. & 2. C. quaud. fisc. vel priu. ibidem num. 24.
- Debitor principalis non est necessarium quòd citetur quando excussio fit, & probatur in eadem lite cum tertio possessore, alleg. 35. num. 25.
- Debitor census non potest opponere cessionario iniustitiam cessionis, & censum redimere volens debet integrum pretium situationis deponere, alleg. 37. num. 60.
- Idemque debet facere iure offerendi agēs, ibidem num. 60.
- Decimarum* causa, quando illae sunt separate à patrimonio Ecclesiae, possunt agitari in Superioribus Tribunalibus Hispaniae, tam inter Ecclesiasticas, quam saeculares personas, alleg. 39. num. 2. & 3.
- Decimae olei, & aliorum fructuum perceptorum in praedio vocato Axarase ciuitatis Hispanensis ad D. Regem pertinent, allegat. 39. num. 4. & 5.
- Decimae non possunt percipi à laicis post dispositionem Concilij Lateranensis, ibidem num. 6.
- Tamen praescriptio immemorialis operatur praesumptionem in eius fauorem, vt privilegium intelligatur concessum ante Concilium, ibidem num. 7.
- Et quae ad id requirantur, ibid. num. 8. & 9.
- Decimae quando non sunt Ecclesiasticae, potest laicus eas possidere, ibidem num. 12.
- Decimarum exemptio alieni concessa intelligitur in praerudicium eorum, qui de iure communi eas percipiunt, & non de iure speciali, ibidem num. 26. & 27.
- Decimarum exemptio, vt valeat, requiritur delegatio, cap. super de decim. ibid. num. 24.
- Decimae, & tertiae ad fiscum spectantes possunt praescribi praescriptione immemoriali, ibidem num. 41.
- Decimarum à solutione exemptus non excusatur à manifestatione suorum fructuum, ibid. num. 47. & 48.
- Decimas percipiendi ius habens potest praecipere, fructus colligentibus, ne eos à praedijs extrahant, quouique decimas soluant, ibidem num. 48.
- Decius* consil. 13. num. 8. versic. Dato, expenditur, alleg. 25. num. 280.
- Decius consil. 25. num. 1. reijcitur, allegat. 19. num. 24.
- Decius in l. edita, num. 36. Cod. de edendo, & consil. 63. num. 6. perpenditur, allegat. 27. num. 45.
- Decis. 40. p. 2. diuersorum expenditur, allegat. 39. num. 15.
- Declaratio* in continenti facta à debitore sufficit ad praerudicandum creditoribus, alleg. 20. num. 83.
- Declaratio ad principium actus trahitur, alleg. 20. num. 93.
- Declinatoria* pendente, nihil potest innovari, alleg. 12. num. 110.
- Deuotio* intra quantum tempus sequi debeat, disputatur, alleg. 16. num. 57. 58. & 59.
- Decoctus per fallimentum pro mortuo habetur, & non potest contrahere, alleg. 16. numer. 100. & 101.
- Decoctio signum est debitorem esse in carcere, alleg. 16. num. 104. & 105.
- Decreta* prouisionalialia, vsque ad finem litis durant, alleg. 10. num. 204.
- Decretum in iudicio executiuo non praerudicat in ordinarario, alleg. 16. num. 90.
- Decretum iudicis incompetentis nullum est, alleg. 19. num. 94.
- Decretum Supremi Senatus pronuntiatum in causa, quae in eo pendet per viam violentiae, non est supplicabile, allegat. 19. num. 125.
- Decretum ad alienanda Ecclesiae bona interponi potest à Commissario, qui se extraiudicialiter de utilitate informauit, & absque partis citatione, alleg. 32. num. 196.
- Defectus* duo si in actu interueniant, vterque debet sanari per assensum, seu facultatem, allegat. 40. num. 23.
- Defensor* absentis debet creari à iudice competententi illius, alleg. 12. num. 107.
- Delegatio* inducitur per acceptionem schedulae, & annotationem in libro cambij, & scribens liberatur, alleg. 16. num. 8.
- Et ita mercatorum stylus obseruat, ibid. nu. 9.
- Delegatio debiti, seu hypothecae remissio facta per dolum, nihil operantur, allegat. 29. num. 247.
- Delegatio vt fiat, quae requirantur, allegat. 35. num. 12.
- Delictum* non committunt ministri, & thesauraria.

# INDEX.

- Delictum* non committunt ministri, & thesaurarii obligationem habentes colligendi redditus Principis, & eos suo periculo custodendi, si eis vtantur in cambijs, & negotiationibus, alleg. 5. num. 18.
- Delicta quælibet præscribuntur spatio viginti annorum, non solum respectu accusatoris, sed etiam fisci, qui hoc tempore elapso agere non potest, alleg. 12. num. 156.
- Et sufficit lapsus quinquennij, ibidem nu. 142. cum sequentibus.
- Delictum, vt sit difficilis probationis, requiritur quod nec actu, nec habitu alij testes, quæ inhabiles interuenerint, nec interuenire poterint à communiter accidentibus, alleg. 12. num. 169. & 170.
- Delictum patris non obstat filijs in substitutionibus, alleg. 12. num. 192.
- Delictum extinguitur, si reus moritur ante litis contestationem, alleg. 15. num. 37.
- Delinquens* sortitur forum in loco delicti, si ibi inueniatur, alleg. 12. num. 29.
- Delinquentis bona non sunt tacite hypothecata pro delicto, nisi a die sententiæ, allegat. 1. num. 46. Etiam quod sint creditores personales, num. 47. Et etiam si extet statutum inducens hypothecam ad fauorem fisci à die commissi criminis, ibid. num. 48.
- Demonstratio* pretij si apud venditorem remaneat, inducit simulationem, alleg. 10. n. 20.
- Depositum* ad hoc vt creditori possit præiudicium afferre, debet esse integrum, & omnis summa debita, alleg. 7. num. 43.
- Depositum iudiciale redditus non potest producere, alleg. 7. num. 52.
- Quod cessat quando causa cum depositario non agitur.
- Et peti possunt ab ipso depositario, quando morosus est in depositi restitutione, ibid. nu. 53.
- Et item quando creditori sequutum fuit damnum, vel lucri cessantis, vel dari. ni emergentis, etiam si non sit solitus negotiari, ibidem num. 54. & 55.
- Depositi* negotiorum gestoris probat simulationem, alleg. 10. num. 21.
- Sicut probatur etiam per vnicum testem, ibidem num. 22 & 23.
- Derogatio* cap. nuper de decim. requiritur, vt priuilegium exemptionis decimarum validum sit, alleg. 39. nu. n. 24.
- De cripto* in libro procuratoris probat rem ex mandato præcedenti factam, allegatio. 29. num. 76. & 77.
- Destinatio* Episcopi nihil officit Ecclesiæ, alleg. 26. num. 27.
- Deteriorationes* omissione, dolo, aut culpa antecessoris factæ in bonis maioratus non causant hypothecam tacitam in bonis successoris, alleg. 1. num. 1. & 4. & 25.
- Deteriorationes factæ in rebus maioratus culpa possessoris compensantur cum melioramentis ab eo factis, allegat. 36. num. 27.
- Deteriorationes in domo conductæ factæ an inducant hypothecam in bonis conductores, aut subconductoris, vide sup. conductor domus, & infra hypotheca tacita.
- Dictio, prout*, non denotat fictionem, sed adæquationem, & omnimodam æquiparationem, alleg. 4. num. 69.
- Dictio, libere*, omnimodam libertatem indicat, alleg. 14. num. 44.
- Dictio retrotractiua* requirit aptitudinem extremorum tempore purificatæ conditionis, alleg. 22. num. 38.
- Dictio, prout*, in sententijs, & alijs dispositionibus, si refertur ad aliquid de præterito, de quo non constat, stat conditionaliter, & limitatiuè, & sententia nihil operatur non cõfiso de illo præterito, alleg. 27. num. 44.
- Dictiones, prout, secundum, iuxta*, sunt conditionalia, & limitatiua, alleg. 27. n. 39. & 44.
- Differentia* nulla erat ante ius scriptum quo ad successorem inter filium legitimum, & naturalem, alleg. 24. num. 8.
- Differentia inter fideiussores purum, & subsidiarium hæc est, nam ille ad hoc vt liber remaneat ob negligentiam, debet requirere creditorem tempore habili, vt exigat, iste vero cum non possit, nisi facta excussione in bonis principalis, conueniri, si eius negligentia effectus fuit non soluendo, liber manet, alleg. 40. num. 58.
- Difficultas* quælibet in exigendo creditorem ab excussione excusat, allegat. 4. num. 41.
- Diminutiones* monetæ æræ, quæ thesaurarijs præcise accidunt, recompensatione dignæ sunt, alleg. 5. num. 45.
- Dispensatio* Pontificis in radice matrimonij filios legitimos efficit, allegat. 24. num. 20.
- Dispensationem obtinens fatetur actum sine illa non valere, alleg. 26. num. 217.
- Dispensatio à Rege facta, vt filius spurius possit succedere in eo quod pater ei relinquere voluerit, solum reddit filium capacem eius quantitatis, quam pater ei reliquerit, & non operatur quod filius possit impugnare successionem à patre destinatam, nec patris nobilitate, aut alijs legitimorum prærogatiuis fruatur, alleg. 28. num. 74.
- Dispensatio ad consequentia extenditur, & in ea valet argumentum, qui vult antecedens, vult consequens, alleg. 32. nu. 144.
- Dispensandi causa dubia, aut incerta obtenta dispensatione iustificatur, allegat. 32. num. 158 & 159.
- Dispensatio, quæ fieri potest successore inuito, potest etiam expediri eo ignorante, & non citato, alleg. 32. nu. n. 193.
- Dispositio* l. in causæ la. §. fin. ff. de minor. nõ procedit contra tertium emptorem, si rem alienasset, nec quando secundus emptor ignorasset læsionem primæ venditionis, quia si-

# I N D E X.

- Uolunt requiritur**, & quod primus emptor, qui lēsit minorem, non sit soluedo, & quod secundus emptor sciuerit lēSIONEM, allegat. 1. num. 59. & 60.
- Dispositio hominis facit cessare dispositionem legis**, alleg. 22. num. 30.
- Dispositio referens, si habet perfectam dispositionem, à relata non limitatur**, allegat. 23. num. 46.
- Dispositio generalis non comprehendit bonaprius à disponente donata**, alleg. 25. nu. 204.
- Dispositio à proximē morituro fraudulenter facta præsuntur**, alleg. 26. num. 246.
- Dispositio facta inter illos, qui sunt de familia, & postea generaliter commissa persona rum electione, ea debet fieri de consanguineis**, alleg. 9. num. 73.
- Quod procedit in maioratibus Hispaniæ, licet facultas sit data in amplissima forma**, ibidem num. 74.
- Disponens de alienis bonis de legitimo domini consensu, dicitur verē disponens**, allegat. 19. num. 74.
- Disponentis voluntas non est dispositio**, alleg. 26. num. 79.
- Distributiones quotidianæ, licet beneficij occasione adquirantur, non reputantur pro eius fructibus, sed adquiruntur ratione ministerij personalis**, alleg. 8. num. 34.
- Et ideo eas acquirit Beneficiatus, qui fidei professionem non fecit, quamuis fructus non adquirat**, ibidem num. 35.
- Nec tenetur eas restituere, si condemnatur ad restitutionem beneficij cum fructibus**, ibidem num. 36.
- Diversitas atramenti inducit falsitatem**, alleg. 26. num. 131. & 132.
- Diversitas personarum arguitur ex diversitate demonstrationum**, alleg. 25. num. 309. cum seqq.
- Divortio factio propter seuitiam viri, licet non amittit vxor inculcata, nec beneficium succedendi ex auth. præterea, C. vnde vir, & vxor**, alleg. 26. num. 208. cum seqq.
- Diturnitas temporis præsumptionem inducit pro sententia parte præsentē prolata, non in contumaciam**, alleg. 12. num. 13.
- Dolus patris in administratione bonorum aduentitiorum operatur hypothecam tacitam in eius bonis favore filiorum**, allegat. 1. numer. 37. Quod cessat, si pater administrat tanquam hæres, aut existimans ad se pertinere, ibidem num. 41.
- Doli actio est personalis, & non afficit tertium**, alleg. 14. num. 149.
- Dolus arguitur, si emptor breuiter foro cessarit**, alleg. 16. num. 56.
- Dolus in contractu commissus non præiudicat tertio**, ibidem num. 74. & 75.
- Dolus dans causam contractui bonæ fidei illum rescindit**, alleg. 18. num. 82.
- Et quilibet lēssio, etiam intra dimidiam, emēda ri debet**, ibidem num. 82.
- Dolus in remissione hypothecæ coniecturis probari potest**, allegat. 29. num. 203. cum sequentibus.
- Dolus arguitur ex qualitate facti**, ibid. nu. 206.
- Dolus creditoris stipulantis irritat minoris fideiussionem**, alleg. 34. num. 5.
- Dolus adest semper in lēSIONE enormissima**, ibidem num. 17. & 18.
- Dolus qualis permittatur in contractu emptio nis & venditionis inter contrahentes**, alleg. 37. num. 90.
- Domicilium vt adquiratur, requiritur animus ibi perpetuo manendi, & ideo non constituitur ab eo, qui residet causa alicuius negotiationis, aut temporalis exercitij**, alleg. 12. num. 132.
- Domicilium & originem patris retinet filius**, ibidem num. 133.
- Dominium rei donatæ adquiritur donatario eueniente substitutionis casu**, alleg. 1. nu. 63.
- Dominij quæstionem reficere non potest accipiens rem aliquam in solum, quia semper confitetur dantis esse**, alleg. 7. num. 19.
- Dominium rei propriæ litigiosum facit, qui rem propriam ab aliquo in emphyteosini recipit, & canonem recognoscit**, ibid. num. 20.
- Dominium transfertur ex contractu cū Principe celebrato, atque traditione**, alleg. 14. num. 3.
- Dominium in redhibitoria ex voluntate contrahentium resoluitur**, ibidem num. 110. ad 112.
- Dominium non transfertur ex contractu simulo**, alleg. 10. num. 73.
- Dominium rei non adquiritur ei, in cuius capite apposta est**, alleg. 16. num. 50.
- Dominium rei venditæ non transfertur quando per dolum fides de pretio habetur**, ibidem num. 53. 54. & 55.
- Dominium est primum extremum rei iudicationis, alterum possessio rei**, alleg. 20. nu. 7.
- Dominium non probatur ex emptione**, ibid. num. 9. & 10.
- Dominium per licitationem non adquiritur, nisi sequuta reali traditione, & non sufficit addictio, nec mandatum de adjudicando**, ibidem num. 14. & 15.
- Dominium rei emptæ adquiritur ementi, & pretium soluenti, & non illi, in cuius caput apponitur**, ibid. num. 23.
- Dominium rei emptæ adquiritur reuera ementi, cui possessio tradita est, non illi quem tenor scripturæ desiderat**, ibid. num. 24.
- Dominium rei emptæ adquiritur illi, cui venditor vult**, ibidem num. 51.
- Dominij rei emptæ adquisitio probatur à priori, & à posteriori, & ab utroque simul sumpto**, ibidem num. 56.
- Dominium in pendenti esse non potest**, ibidem

# I N D E X.

- dem numer. 78. cum sequentibus.
- D**ominium non acquiritur per sententiam iudicis, nisi sequuta possessione, ibidem numer. 101.
- D**ominium non probatur ex solutione pretij, ibidem numer. 107.
- D**ominium pecunie per immixtionem cum aliena amittitur, ibidem n. 122. cum seqq.
- D**ominium quod Rex habet in bonis Regiæ Coronæ, æquiparatur dominio mariti circa bōdā vxoris, alleg. 29. num. 194.
- Dominus**, ex cuius pecunia res emitur, præfertur in ea creditoribus procuratoris, allegat. 20. num. 98.
- D**ominus permittens feūdi alienationem, nihil de suo dat, nec dominium transfert, sed solum actum approbat, alleg. 19. num. 73.
- Domū** illustres, & sumptuosæ non æstimantur ex pretio locationum, sed ex valore, & æstimatione ædificiorū, alleg. 18. n. 27, 39
- Donatarius** pro consequenda redonata habet actionem realem in rem scriptam, allegat. 1. num. 63.
- Donatarius** tenetur alere donatorem, allegat. 14. num. 39.
- Etiam** si rem donatā nō tradiderit, ibid. n. 40.
- Donatarius** virtute suæ donationis est legitimus contradictor ad impediendā possessionē hæredis super re donata, alleg. 25. n. 206
- Donatio** facta non præsumitur, alleg. 2. nu. 98.
- Donatio** facta vxori, morte confirmatur, allegat. 3. num. 13.
- Et ad** reuocationem necessaria est in testamento specialis mentio, ibidem num. 14.
- Donationis** antea factæ reuocatio, non inducitur per generalem hæredis institutionem, ibidem num. 14.
- Donatio** ex læsione non rescinditur, allegat. 6. numer. 56.
- Donatio** perfecta conditionem non recipit, nec modum, ibidem num. 66.
- Donatio** ob causam ex ingratitudine non reuocatur, ibidem num. 86.
- Donatio** residui non prohibet alienationem fieri à donante, allegat. 14. num. 21.
- Donatio** irreuocabilis cum permissione alienandi potest reuocari, ibidem num. 29.
- Donatio** ob causam dicitur, quando donatario aliquod onus imponitur, ibid. n. 65. & 66.
- Donatio** omnium bonorum, vel maioris partis, operatur præsumptionem simulationis inter coniunctos, allegat. 20. num. 171.
- Donatio** ante acceptationem reuocari potest bona donata hypothecando, alleg. 22. num. 4. & 5.
- Donatio** debet acceptari, etiam stante l. 2. tit. 16. lib. 5. Recop. ibidem num. 6.
- Donatio** prætextu matrimonij contrahendi, eo non sequito euanesceit, alleg. 23. num. 157. vsque 159.
- Donatio** facta filijs tertij matrimonij, non comprehendit alterius matrimonij filios, ibidem num. 162. & 163.
- Donatio** secunda in qua de prima mentio facta non fuit, falsitatis præsumptionem inducit, allegat. 26. num. 122. & 123.
- Donatio** Ecclesiæ facta acceptationem requirit, ibidem num. 133.
- Donatio** excessiua facta ab eo, qui donare non potest, annullatur in totum, ibidem n. 187.
- Donatio** omnium bonorum præsentium, & futurorum, non valet, nec sustinetur in præsentibus, ibidem num. 188.
- Donatio** Ecclesiæ facta, & ad opera pia, censetur causa mortis, ibidem num. 254.
- Donationes** ab Episcopis ægrotis factæ semper transactione componuntur, ibid. num. 256.
- Donationes** ab Episcopis ægrotis factæ suspecte iudicantur in foro interno, ibidem num. 259. & 260.
- Donatio** omnium bonorum, vel magnæ summatæ, suspecta est, ibidem num. 261. & 262.
- Donationes** ab Episcopis factæ, sub regula de infirmis comprehenduntur, ibid. num. 291.
- Donatio** facta alicui, & post eius mortem Ecclesiæ, potest ante acceptationem reuocari, allegat. 27. num. 19.
- Donatio** à minore facta, est nullius momenti, allegat. 34. num. 21. & 22.
- Donatio** facta patri, & filijs, aut patri, & descendentibus, patri acquiritur principaliter, & filijs vt eius hæredibus, & potest eis præiudicare, allegat. 37. num. 20.
- Donatio** à Rege facta Titio, & descendentibus, non reuertitur ad Regem finitis descendentibus donatarij, ibidem nu. 23.
- Donatio** facta filijs, & descendentibus in capitulis matrimonialibus, acquiritur filijs vt hæredibus, & in ea pater potest filijs præiudicare, ibidem num. 24.
- Nisi** in contractu matrimoniali filijs particulariter prospectum sit, ibidem nu. 25.
- Donator** omnium bonorum solummodo potest allegare ingratitudinem ex alimentis non præstitis, allegat. 6. num. 84.
- Nec** etiam ingratitudo committitur quando donator habet aliunde alimenta, ibid. n. 85.
- Donator** potest ex causâ necessitatis rem donatam alienare, alleg. 14. num. 38.
- Donator** à donatario alii debet, ibid. num. 39.
- Etiam** si non tradiderit rem donatam, ibidem num. 40.
- Donator** in re donata potest ante traditionem donatario præiudicare, ibid. num. 46. & 47.
- Donator** non tenetur de euictione, quando donatio incepta a traditione, ibid. n. 130. & 131
- Donatori** asserenti se ex necessitate alienasse credendum est, ibidem num. 33.
- Donare** potest Episcopus ex causâ remunerationis, alleg. 26. num. 182.
- Donare** non potest Episcopus ad opera pia, nisi si modice, ibidem nu. 190. & 191.

- Donare prohibitus**, vt propter benemerita possit, talia debent esse, quod possit pro illis iudicialiter conuenire, *ibidem* num. 186.
- Donare prohibitus**, non censetur prohibitus contrahere, *ibidem* num. 280. & 281.
- Dos congrua** reputatur, quæ iuxta consuetudinem regionis assignatur, alleg. 6. num. 44.
- Dos minor** debet assignari filia moniali, quam filia nuptæ, *ibidem* num. 45.
- Dos congrua assignata** iuxta consuetudinem monasterij sufficit, & contra eam læsio non potest allegari, etiam si opulentæ hereditati fuerit renuntiatum, *ibidem* num. 46.
- Dos si consistat** in fructibus vita vxoris durante, fructus iudicantur tanquam dos, alleg. 19. num. 6.
- Dos data primo viro**, censetur etiam data secundo, alleg. 29. num. 9.
- Dos constante matrimonio constituta** habet priuilegium veræ dotis, alleg. 30. num. 26.
- Dos non potest grauari** post designationem, alleg. 37. num. 31.
- Dos data si emincatur**, debet à patre alia assignari, *ibidem* num. 32.
- Dos quamuis possit formari** ex nominibus debitorum, quando agitur de eius exactione à viro, aut eius hereditibus facienda, debet consistere de debito, & eius exactione per instrumentum, alleg. 40. num. 15.
- Et expensæ factæ** in exigendis his debitis dotem minuunt, *ibidem*.
- Dos quomodo debeat aestimari**, vt successor maioratus teneatur ad illius restitutionem, *ibidem* num. 17.
- Dotalis pecunia exacta à marito**, & eam consumente, operatur quod vxor dictæ quantitatis creditrix efficiatur, alleg. 7. num. 23.
- Dotalis vt efficiatur res empta** ex pecunia dotali, requiritur quod specificè, & signanter eum dotis pecunia empta sit, *ibidem* num. 27.
- Dotalis fundi alienatio**, quando ex ea enormis summe læditur, an sit nulla, allegat. 29. num. 95. cum seqq.
- Dotem de Paragio** quæ petere potest, non habet hypothecam tacitam pro eius consequitione in bonis dotare debentis, alleg. 1. num. 107.
- Dotes mulierum conseruari publicè interest**, alleg. 29. num. 103.
- Dotem si vxor habeat assecuratam** in bonis maioratus, & constante matrimonio patitur maritum bona libera (in quorum defectum sunt obligata maioratus) alienare, an amittat ius, quod contra bona maioratus habebat, alleg. 40. n. 48. vsque ad 54.
- Dotis restitutio venit marito** vergenti ad inopiam, alleg. 17. num. 11.
- Et quando eis aliquid infelicius accidit**, *ibidem* num. 13.
- Dotis ad restitutionem non habet dilationem** legalè maritus vergens ad inopiam, *ibidem* n. 12.
- Dotis vsuræ debentur viduæ** soluto matrimonio, *ibidem* num. 2.
- Dotis vsuræ debentur viduæ** ratione interesse lucri cessantis, & damni emergentis, ex opinione Couar. & aliorum, *ibidem* num. 7.
- Dotis interesse debetur viduæ** instanti pro dotis restitutione, *ibidem* num. 8. Et quando non habet aliunde ad alimenta, *ibidem* num. 9.
- Dotis redditus debentur pro tempore** oppositionis ab vxore factæ ob vergentiam viri ad inopiam, alleg. 17. num. 14.
- Dotis interesse debetur**, etiam si maritus decoquat, *ibidem* num. 24. & 25. & seqq.
- Dotis vsuras comprehendit Regia facultas** ex communi, *ibidem* num. 28. & seqq.
- Dotis redditus debentur vxori** iure actionis, *ibidem* num. 36.
- Dotis vsuræ extante consuetudine** quod viduæ debeantur, non censentur remissæ per receptionem fortis, *ibidem* nu. 37. Nec presumuntur remissæ existente aliqua iusta causa, *ibidem* num. 38. Nec quando vxor ignorat sibi deberi, *ibidem* num. 39. Nec quando vidua habet filios, *ibidem* num. 40.
- Dotis redditus durante matrimonio** sunt mariti, alleg. 7. num. 29.
- Dotis constitutio indicijs, & coniecturis** probatur, alleg. 29. num. 91.
- Dotis constitutio ex vsu bonorum vxoris**, vel ex vsu, & consuetudine Prouinciæ, presumitur de qua in Hispania, *ibidem* nu. 92. & seqq.
- Doti non resultat præiudicium** ex datione nominis debitoris falliti, *ibidem* num. 202.
- Dotis augmentum intelligitur** de constituto à marito, & non de procedente ex bonis vxoris, alleg. 30. num. 22.
- Dotis reuersio stipulata per patrem** in casu quo matrimonium absque filijs dissolueretur, filijs natis dos ad eos peruenit, vti heredes matris, alleg. 37. num. 12.
- Dotis numeratio vera, & actualis** necessaria est & quod de ea constet quando agitur de exigenda dote ex bonis vinculo subiectis, in successoris præiudicium, & non sufficit confessio de dote recepta, alleg. 40. num. 9.
- Dotis hypotheca**, vide infra hypotheca dotis.
- Duo remedia habens**, si super vno in iudicio succubuit, potest alterius virtute de nouo litigare, alleg. 16. num. 114.

**E**

- E**trius testis esse non potest, allegat. 23. numer. 80.
- Ecclesia** habet tacitam hypothecam in bonis Prælati pro mala administratione illius, allegat. 1. n. 91. & seqq.
- Quod non procedit pro alio debito** ex alia causa contracto.
- Ecclesia suum ius de futuro** potest absque superioris licentia renuntiare, allegat. 6. num. 27. & seqq.



Et ita practicatur, ibidem num. 30.  
 Ecclesia nullo privilegio utitur ad acquirendam possessionem sine traditione, alleg. 14. num. 60. & 61.  
 Ecclesia ex defectu implementi dominium rei non acquirit, ibid. num. 62.  
 Ecclesia per procuratorem contrahens non acquirit rei dominium, ibid. nu. 63. & 64.  
 Ecclesia potest in quærendis sine solemnitate contrahere, alleg. 19. n. 40.  
 Ecclesia debet vendere rem maiori pretio, quam valet, vt utilis venditio iudicetur, ibidem num. 85.  
 Ecclesia ex iuris dispositione succedit in bonis Episcopi defuncti, alleg. 26. n. 4.  
 Ecclesie Indiarum, iuxta consuetudinem diu obseruatam, succedunt in spolijs Episcoporum, ibid. num. 29.  
 Ecclesie Romanæ statuta omnes Ecclesie inferiores debent obseruare, ibid. n. 73.  
 Ecclesia fruitur fisci privilegijs, ibid. n. 276.  
 Ecclesia habet privilegium, vt possit exceptionem dominij contra spoliatum obijcere, ibid. num. 329.  
 Ecclesie queritur possessio bonorum ab Episcopo adquisitorum, ibidem num. 349. cum sequentibus.  
 Ecclesia in iudicio possessorio debet obtinere contra hæredem à Prælato institutum, ibidem num. 356.  
 Ecclesie res solita alienari, semper remanet alienabilis, etiam absque solemnitate, alleg. 32. num. 186.  
 Et diæ alienationes sufficiunt ad inducendum hoc solitum, ibid. n. 187. & 188.  
 Ecclesia, quæ habet privilegium immunitatis à tributo, seu gabella, non transfert illud in emptorem suorum bonorum, alleg. 38. num. 5.  
 Ecclesie immunitas non offenditur ex onere gabellæ venditori imposito, ibidem num. 13. & 23. 24. 25.  
 Quæ conclusio 10. authorum resolutione exornatur, vsque ad num. 36.  
 Aegritudo non priuat Episcopum facultate disponendi ex suis bonis, alleg. 26. n. 253.  
 Electio l. creditoris arbitrio, ff. de distract. pign. procedit etiam contra bona vinculo subiecta, alleg. 4. num. 38.  
 Electio personarum ad successionem maioratus si sit commissã generaliter alicui, & prius sit dispositio facta inter consanguineos, aut illos de familia, electio debet fieri de consanguineis, alleg. 9. n. 73.  
 Quod procedit in maioratibus Hispaniæ, licet facultas sit data in amplissima forma, ibidem num. 74.  
 Electio minoris damni, vt maius cuitetur, sufficiens metus est, alleg. 29. n. 75.  
 Electus dicitur electionem habere à mandante, non ab eligente, alleg. 20. n. 94.

*Emancipatio* facta à patre infirmo non valet, alleg. 26. num. 251.  
*Emens* rem à maioratus possessore absque Regia facultate, & ideò nulliter, si eam vendat alteri, liberabitur à reuendicatione, alleg. 1. num. 58 & 82.  
 Emens, vel adquirens pro persona nominanda, non potest pecuniam ex contractu debitam exigere, & soluens nõ liberatur, quia debet inquirere, an nominauerit, nec ne, alleg. 11. num. 128.  
 Emens à possessore maioratus non tenetur curare, quòd pretium rei venditæ conuertatur in causam in facultate expressam, alleg. 14. num. 45.  
 Emens in publica subhastatione tenetur licitationem implere, alleg. 20. n. 13.  
 Emens alteri sibi dominium non querit, nisi illi, cuius nomine emit, & cui possessionem tradit, ibid. n. 20. 21.  
 Emens ad fauorem alterius, dominium non querit, etiam si soluerit pretium, alleg. 20. num. 102. & 103.  
 Emens sibi ex pecunia aliena, rei dominium acquirit, ibid. n. 106.  
 Ementes vili pretio redditus regionum censuum, quia sunt incertæ exactionis, licet possint à Dom. Rege eos integrè exigere, alleg. 37. n. 71.  
*Emolumenta* officij concedenda sunt secundum consuetudinem eius vltimam, alleg. 5. num. 16.  
*Emphyteosis* concessio, vide concessio emphyteosis.  
 Emphyteosis renouatio non efficit eam nouam, alleg. 37. n. 8.  
 Emphyteosis accepta pro se, & filijs, potest per patrem alienari, & in ea illis præiudicare, ibidem num. 17.  
*Emphyteota* cessans in solutione per triënum, incidit in commissum, si in casu non solutionis alia poena apposta est, alleg. 22. n. 31.  
 Emphyteota potest ius suum durante vita alienare, alleg. 37. num. 39.  
*Empta* res ex pretio alieno ementi acquiritur, alleg. 14. n. 81. & 82.  
*Emprio* rei pro indiuiso à non socijs arguit simulationem, alleg. 10. n. 34. & 35.  
 Emptione statim post mandatum celebrata, & pretio solito, præsumitur ex pecunia mandantis id actum esse, præcipuè quando procurator apud se habet pecunias mandantis, alleg. 20. n. 69. cum seqq.  
*Emptor* rei prohibite alienari, non acquirit dominium, alleg. 19. n. 10. 11. & 12.  
 Emptor vtens re empta, & fructibus, non soluto pretio, tenetur ad interesse recompenstium fauore venditoris, alleg. 11. n. 176.  
 Emptor vt constituatur in mala fide, requiritur quòd habeat scientiam litis, allegat. 14. num. 134. & 135.